



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 18. Cardinalis Caraffæ colloquium cum Galliarum Rege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

bellum Italicum continuari peroptabat, ut Petro Strozio sibi cognatione juncto supremum exercitus imperium procuraret: præ reliquis tamen Valentina Ducissa Guisianæ familiæ affinis, eo quod ejus filia Aumelio Duci nupta esset, longe maximum momentum afferebat; illa enim sibi persuasum habebat, quod ad augendam familiæ suæ gloriam, potentiamque ejusmodi bellum peropportunam subministraret occasionem.

§. XVIII.

Cardinalis Caraffæ colloquium cum Galliarum Rege.

Rebus ita dispositis Caraffa Regem adit, eique tanquam Romanæ Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ defensori nomine Pontificis gladium, pileumque a Papa de more sacratum, non sine ingenti pompa, & magnificentia offert. Postea ad privatum Regis alloquium admittitur, quo in statu res Romana, ac familiæ suæ fortuna fit, demonstrat: ex quo, inquit: „Patruus meus in summum Pontificem electus est, atque ergo gubernaculis admotus sum, Christianissime Rex, nihil antiquius habui, quam ut tibi, cui fidam operam antea bello Parmensi, & Etrusco navaveram, demum Pontificem conciliarem, & efficerem, ut te is, spreto Cæsare,
„ &

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.

Thu l. c.
Pallav. c. 19.
n. 5.
Belcar. com.
l. 27. n. 19.

Sæc. XVI.
A C. 1556.

„& Angliæ Rege Sacræ Sedi, & fami-
 „liæ nostræ vindicem adfcisceret. Te-
 „stes appello Lanfacum tuum Romæ
 „tunc oratorem, & nuper Joannem A-
 „vanfonium, qui me currentem quidem
 „incitabant: quamvis vero hi ipsi am-
 „plissima cuncta Majestatis tuæ nomi-
 „ne & Sedi, & privatim mihi pollice-
 „rentur, nulla tamen præmiorum spe
 „impulsus, aut ulla, quæ quidem pri-
 „vatum meum commodum spectaret,
 „accepta conditione, sed sola in nomen
 „Francicum propensione inductus Pon-
 „tifici author fui, ut Sacræ Sedis di-
 „gnitatem, & se, suæque familiæ opes,
 „ac fortunas fidei tuæ committeret,
 „nam & hoc honorificum Pontifici, ac
 „Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tibi vero
 „gloriosum, nobis denique tutissimum
 „perfugium visum est: itaque foedus in-
 „ter vos initum est, in quo uti nihil a-
 „liud spectavi, quam ut Pontifici, ac Sa-
 „cræ Sedis dignitati, & familiæ no-
 „stræ securitati prospiceretur, atque u-
 „na Francicæ Domus magnitudo ex ea
 „occasione amplificaretur, ita nihil in
 „eo appositum, quod ad privatam utili-
 „tatem meam pertinet: verum ut ho-
 „minum consilia plerumque in contra-
 „rium vertunt, accidit, ut, cum interim
 „inducias pepigeris, foedus, si non vio-
 „latum, certe omnino irritum redditum
 „sit,

„sit, atque ex eventu tam perniciosum
 „uobis, quam fructuosum & utile illud
 „fore mihi persuaseram; nam, cum eo
 „summopere irritatos Hispanorum ani-
 „mos constet, procul dubio est, homi-
 „nes ultionis avidos, ut vicem reddant,
 „nullam occasionem prætermitturos,
 „quæ nunc illis ultro per inducias con-
 „ceditur: cum enim nunc in Belgii li-
 „mite, Insubribus, Subalpina regione,
 „atque Etruria a belli motu vacui sint,
 „quin vires omnes, copias, ac robur in
 „nos convertant, inter prudentes mini-
 „me ambigitur, eoque consilio Albanum
 „summum belli in Italia Ducem Neapo-
 „lim venisse, atque ibi, quam maximum
 „potuit exercitum, quo nos haud para-
 „tos opprimeret, coegisse magno nostro
 „cum dolore scimus, nam ad hoc bel-
 „lum non tantum inimicitiae, quas jam
 „antea capitales, nunc vero post per-
 „cussum tecum foedus ex nova offensio-
 „ne exacerbatas cum nostra gente ex-
 „ercent, eos invitant, sed illos insuper
 „excitat belli gerendi facilitas, quæ ma-
 „ximum momentum, ut scis, inter am-
 „bitiosos Principes, etiamsi nulla offen-
 „sio, aut justa causa subsit, habet: quip-
 „pe infirma fere cuncta Pontificiae di-
 „visionis oppida sunt, satisque habuere
 „prisci Pontifices, si reverentiam, & ob-
 „sequium sibi debitum conservarent:
 „his

Sæcul.XVI.
 A.C.1556.

Sæcul. XVI.
A. C. 1556.

his enim præfidiis se abunde tutos, &
 securos existimavere: præterea nulla
 in finibus nostris munita loca, & inde
 Asculo, & Terracina a rege Angliæ
 cingimur, & ab altera parte hinc ad
 Ariminum, & Montem altum Etruriæ,
 & rursus inde ad Ariminum, & Bono-
 niam Florentina ditio, hoc est, infe-
 stissimus hostis Cosmas opponitur. In-
 super cum ærarium superioribus bel-
 lis exhaustum est, nulla in milite, licet
 optimo abundet Umbria, nulla in loco-
 rum firmitate spes est, quæ ad tanti
 hostis omnes contra Pontificem opes
 colligentis impetus sustinendos par sit.
 Quo ergo nobis foedus nuper ictum,
 quo tibi? nisi ut nos infestissimis His-
 panis, si non ad prædam, saltem ad lu-
 dibrium exponeremur, & magno tuo
 damno, certe dedecore; nam Sacræ
 Sedis auctoritas, & illustris familiæ,
 quæ se tibi ultro in clientelam de-
 dit, salus hosti proderetur; verum de
 prolixa tua erga Pontificem, & uni-
 versam illius domum benevolentia, &
 invicta ad pericula animi magnitudi-
 ne nihil tale cogitari, nedum suspi-
 cari fas est, nec te, nisi de rebus no-
 stris, atque adeo tuis male instructum
 in inducias tam alieno tempore con-
 sensisse mihi persuadere unquam po-
 tui, hinc majorem in spem adducor,
 fore,

fore, ut cum res, uti se habent, pro
prudentia tua diligenter, & mature
consideraveris, consilium & tibi hono-
rificum & nobis salutare, atque utris-
que necessarium tandem sumas. Ast
multos, ut audio, qui apud te pluri-
mum possunt, fidei datæ, ac jurisju-
randi pactis interpositi religio movet,
qua nihil Principi antiquius esse debe-
re licet minimè inficias ierim, eos tamen
qui pietatem suæ opinioni prætexunt,
videre etiam, atque etiam oportet, ne,
dum rigidi Religionis authores habe-
ri volunt, Religionem ipsam in discri-
men adducant, quod procul dubio
accidet, si Pontificem tam necessario
tempore deferas, ad cuius defensio-
nem & Majorum exemplum, & fi-
des nuper data, & tua denique te pie-
tas obligat; quæ omnia prius violes,
& divina, atque humana jura con-
fundas necesse est, si induciarum pa-
ctis stare velis: quid enim, quæso,
magis ab omni jure, & ratione alie-
num est, quam si id, quod hostis im-
pius in inferenda injuria sibi licere
existimat, tibi in propulsanda non li-
ceat? aut quid magis æquitati con-
sultaneum, quam ut Pontificem, quem
Hispanis licet manentibus hisce indu-
ciis oppugnare, tibi tueri, & ab o-
mni damno protegere salvo jure indu-
cia-

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.

Sæcul. XVI
A. C. 1556.

„ciarum liberum sit? his accedit, quod
 „quæ tua pietas est, tabulis etiam Pon-
 „tificem comprehendi voluisti, cujus
 „proinde periculum negligere non po-
 „tes: absit enim, ut quidquam de tua
 „clementia, & magnanimitate non omni
 „laude dignum existimemus, aut no-
 „bis persuadere possimus, ut id, quod
 „soliis gloriæ ergo, & animi gratia, qui
 „beneficiis de hominum genere bene-
 „mereri gaudes, sæpius fecisti, jam in
 „caussa Pontificis, quæ cum tua existi-
 „matione, atque adeo periculo conjun-
 „cta est, non facias. Tu Parmam nu-
 „per, tu Mirandulam, tu denique Senen-
 „sium civitatem, ac libertatem contra
 „communem Italiæ hostem texisti: Fran-
 „ciscus vero augustissimæ memoriæ
 „Parens tuus in caussa longe dissimili,
 „quæ nec invidia apud catholicos Prin-
 „cipes caruit, Germaniæ Principibus,
 „ac Civitatibus præsto fuit, cum jure
 „vereretur prudentissimus Rex, ne de-
 „bellata Germania victricia arma in
 „Galliam verteret, & quod ille vel se-
 „rius inchoata re, vel morte præpe-
 „ditus exequi non potuit, id tu dignus
 „tanto Patre filius icto nuper cum Mau-
 „ritio Septemviro foedere felicissime per-
 „fecisti. Jam si in Protestantium caus-
 „sa, quæ tanta invidia, & odio flagrabat,
 „æqui, ac periti rerum æstimatores pru-
 „denter

„denter te fecisse judicarunt, quod pe-
 „riculo tuo eorum defensionem suscepe-
 „ris, atque in tempore præverteris:
 „quid in Pontificis caussa te facere
 „debere existimas, quæ & Religionis
 „caussam annexam habet, nec minore
 „cum tuo periculo, & existimatione
 „conjuncta est? nam minime dubitare
 „debes, si Pontificem deseras, cujus cau-
 „sa semper, & ubique præcipua a-
 „pud te esse debet, quin cæteri Italiæ
 „Principes, qui in tuæ clientelæ um-
 „bra hæctenus acquieverunt, exemplo
 „eo territi protinus a tuis partibus de-
 „fecturi sint, ut nemo quisquam dein-
 „ceps reperiatur, qui in tuis opibus,
 „aut denique in tua misericordia præsi-
 „dium collocare audeat. Quod quan-
 „topere ad existimationem tuam, &
 „Gallici nominis dignitatem pertineat,
 „& ipse scis, & omnes tui intelligunt:
 „erit igitur prudentiæ tuæ, clementissi-
 „me, ac sapientissime Rex, videre, ne
 „gloriam a Majoribus quasi per manus
 „traditam, præpostera Religione, aut
 „ut verius dicam, intempestiva patien-
 „tia amittas; insuper ad te pertinet non
 „committere, ut illud, quod tutissi-
 „mum semper Pontificibus, & afflictis
 „Principibus apud Galliæ Reges persu-
 „gium fuit, nunc illi a te deserti ab ho-
 „stibus tuis miseris precibus emendica-

Sæcul. XVI.
 A. C. 1556.

Sæc. XVI. „re, & eorum misericordiam imple-
 A C 1556. „rare cogantur.

§. XIX.

*Mens hujus Cardinalis Regem ad
 bellum sollicitantis.*

Thuan. l. c. **H**is rationibus, cum Caraffa Cardina-
 lis Regis animum sensim expugna-
 ri cerneret, de re adhuc magis specia-
 tim agere cæpit, Regi hæc exponens:
 „Summus Pontifex ad Neapolis Re-
 „gnum omnino expeditum aditum tibi
 „parabit, nam hoc in bello te selecto
 „milite, commeatu copioso, commodif-
 „simo in Provinciam aditu, ac denique
 „magna portuum ad exponendum ex-
 „ternum militem commoditate adjutu-
 „rus est: non quod de ea expeditione
 „tot difficultatibus impedita bene spe-
 „raret Pontifex, uti Guisianis persuale-
 „rat, sed quod commissis rursus inter
 „se Gallis & Hispanis, eum belli fune-
 „sti eventum fore confideret, ut ambo
 „tandem bello fessi civitatibus, & oppi-
 „dis, quæ in Etruria tenebant, cede-
 „rent, & ea in Pontificis, ac suorum
 „manus devenire paterentur: nam de
 „Senarum civitate Cæsarem non ita
 „obstinate pugnaturum apparebat, si mo-
 „do e reliqua Etruria Galli abscederent;
 „credendum quoque est, quod Galli, si
 „bellum hoc nonnisi impensis bene sum-
 „ptibus